



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologia Christiana

Herbipoli, 1694

Sæculum X. Ab Anno 900. ad 1000.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65495)



SÆCULUM X.

AB ANNO 900. ad 1000.

CXIX. JOANNES IX. Tibur-
tinus ex ordine S. Benedicti
elect: An. 901. rebus præclare gestis
præsertim in Conversione Nordman-
norum obiit A. 905. *Mar.*

CXX. S. BENEDICTUS IV. Ro-
man: Canonicus Regularis Lateranen-
sis elect: A. 905. Pastor bonus & libe-
ralis tum in spirituali, tum pauperum
pascendorum Corporali curâ. Obiit A.
907. *Baron.*

CXXI. LEO V. Italus Ardeatinus
elect: A. 907. à virtutum suarum oso-
ribus ac præcipue CHRISTOPHORO.
Sede pulsus, postquam non nisi 40. di-
es sedisset A. 907. *Baron.*

CXXII. CHRISTOPHORUS Ro-
man: Intrusus A. 907. Pœnâ talionis
punitus est à *Sergio III.* à quo mona-
sterio, ac deinde carceri arctiori inclu-
sus est A. 908. postquam sedisset ille-
gitimè menses septem *Sigeb.*

CXXIII. SERGIUS III. Romanus;
*Intrusus A. 908, Sedit 3. annis, & obiit A. 910. *Genebrard.*

CXXIV. ANASTASIUS III. Romanus; electus 910. sedit 2. an: à PLATINA *irreprehensibilis* dicitur. Mortuus Anno 912.

CXXV. LANDO* Italus Sabinus, * A. 912. à *Iacob: Gordon:* inter intrusos Pontifices numeratur, Obiit A. 912. vix sedit sex Menses.

CXXVI. JOANNES X. Rom. *Intrusus A. 912. sed violentè iterum sede dejectus & in carcere miserè peremptus An. 928. postquam illegitimè sedisset 16. annis *Baron:* Nimirum tristi hoc sæculo *gemina Romana DALIÆ THEODORA & MAROTZIA duos Sampsones Ecclesie Romanae perdiderunt.* Videri potest Christoph. Ott. in Roma Gloriosa de hoc *Joanne & Landone* antecessore ejus.

CXXVII. LEO VI. Rom; electus A. 929. ejus insignia ornamenta virtutum etiam ab adversariis celebrantur, à Pacis, cujus stabiliendæ studiosissimus

mus

mus erat, osoribus subter pulvinar suffocatus est A. 929. *Ita Luitprandus.*

CXXVIII. STEPHANUS VIII. Roman: elect: an: 929. de quo Platina. *STEPHANI vita mansuetudinis & Religionis plena fuit.* Obiit an: 931.

CXXIX. JOANNES XI. Roman: & Filius *Marozie* ex Patre *Sergio* vi Toscanorum ac præcipuè *Vidonis* Marchionis Toscanæ sedem occupavit an. 930. sed iterum dejectus ab *Alberico*, unà cum *Marozia* in Carcerem conclusus est. ita *Frodoardus Hist:* apud *Baronium*. Mortuus anno 936. postquam sedit, 5. Annos 10. Menses.

CXXX. LEO VII. Rom: elect: A. 936. appellatur à *Frodoardo* *fidelis servus & prudens.* pro reformatione disciplinæ Ecclesiasticæ & morum utiles curas impendit, & ejusmodi Sanctis conatibus immortuus est An. 939. cum sedisset 2. annis, 6. mensibus. *Onuph. Genebrard.*

CXXXI. STEPHANUS IX. ab aliis VIII. natione Germanus, & ex Germanis

AB ANNO 900. AD 1000. 153

manis Primus elect. an. 939. à *Papirio*.
vir omni Scientiâ excellens: ab Italiae ty-
rannis (sic Principes Italiae illius sæ-
culi appellat *Baronius*) multa adver-
sa generosè sustinuit. Obiit an. 942.
sedit 3. annis.

CXXXII. MARINUS II. ab aliis
Martinus III. Roman: elect: an. 942.
Vir Spiritu Prophetico celebris à Baronio
A. 943. & a Leone Ostiensi l. 1. c. 60.
pro Pace & Concordia Ecclesiæ con-
cilianda, nec non restauranda Eccle-
siastica disciplina zelotes strenuus, &
à *Canisio in Martyras*: suo *Sanctus Pon-*
tifex: dicitur. Obiit A. 946.

CXXXIII. AGAPETUS II. Rom:
elect: an. 946. quem *Platina, Innocen-*
tem Præfulem & *Baronius* SANCTUM
vocat. ab hoc Pontifice rogatus *Otto*
Imperator bis in Italiam cum exercitu
movit, & *Berengarium* tyrannum Ec-
cles. vicit & regno expulit. Obiit A. 955.

CXXXIV. JOANNES XII. *Rom:
Sedem occupavit an. 955. & usurpa-
vit annis 9. id memoriâ dignum ab eo
peractum est, quod *Ottonem* Primum
Impe-

Imperatorem Rom: Coronaverit. Obiit An. 964.

CXXXV. BENEDICTUS V. Roman: elect. an. 964. ab Antipapa Pseudo-*Leone VIII.* (quem Otto Imperator præ *Benedicto*, zelo quidem non impio, minùs tamen probando, Pontificem videre maluisset; multùm divexatus, donec abdicato liberè Pontificatu & ab *Ottone* in Germaniam missus, ibidem cum fama Sanctitatis, obiit A. 965

CXXXVI. LEO VIII. Rom: duorum *Ioannis* & *Benedicti* Anti-Papa sed defuncto *Benedicto* ab Ecclesia acceptatus, & juxta CARDINALEM BELLARMINUM in Chronolog. ad annum 964 pro legitimo agnitus, obiit 965. cum legitimè sedisset uno anno.

CXXXVII. JOANNES XIII. Roman: A. 965. à Roman: seditiosis multum vexatus & Româ expulsus sed ab *Ottone* Imper. Restitutus. Obiit ob Conversionem Poloniæ optimè de Ecclesiâ meritus An. 972. *Marian: Chron.*

CXXXVIII. DONUS II. five DOMNUS elect: A. 972. Obiit eodem anno cum sedisset 3. menses. CXXXIX.

CXXXIX. BENEDICTUS VI.

Roman: elect. an. 972. vix bonus Pa-
stor cœpit præesse gregi, & lupus ra-
pax *Bonifacius* quidam *Franco* dictus
(non monstrum hoc Franconia sed
Roma peperit) irruit in Ovile, & Pa-
storem coniectum in vincula laqueo
suffocat, seq; Pastorem constituit & *Bo-
nifacium VII.* nominat Anno 974.

Quia *Bonifacium* hunc tanquam tyran-
num omittunt *Leo Ostiensis* & *Baronius*
eisdem imitari volumus, historiæ enim isto-
rum temporum ita sunt confusæ, ut rari
Scriptores conveniant in recensendis Pon-
tificibus.

CXL. BENEDICTUS VII. ex Al-
bericiorum familia elect: an: 974. à
Platina optimus Pontifex dictus. Sedit
9. annis obiit an. 984.

CXLI. JOANNES XIV. Italus Pa-
piensis elect. an. 984. etiam hunc op-
timum Pastorem Ecclesiæ *Bonifacius*
Franco à *Benedicto VII.* sede & urbe ex-
pulsus, nunc Seditiosorum manu ro-
bustior factus in Castello S. Angeli in-
tercipit, & post quatuor mensium du-
rissi-

rissimam captivitatem anno 985 d. 20 Aug. fame conficit: ipse verò *Bonifacius* quarto post mense repentinâ morte evomit animam, & ignominiosè à suis affectis, nudus, & pedes funibus illigatus, raptatur per plateas, lanceis perfoditur, & plures dies in publico expositus relinquitur, donec à quibusdam Clericis in gloriè sepultus.

CXLII. JOANNES XV. Roman. elect. an. 985. vexatus à *Crescentio* Consule Romano, sed à *Capeto* Gallorum Rege & *Ottone III.* Imper. magni æstimatus ob insignes virtutes, & forti manu defensus, obiit an. 996. die 7. Maij.

CXLIII. GREGORIUS V. è Ducibus Sueviæ. elect. 996. ob præclara virtutum decora teste *Panvinio* dictus GREGORIUS MINOR, vel SECUNDUS GREGORIUS MAGNUS ut idem *Panvinus* scribit. *bonis operibus plenus, obiit Romæ an. 999. die 18. Febr.*

CXLI. V. SYLVESTER II. Gal-
lus Aquitanus elect. an. 999. Vir in literis eximius, & ante Pontificatum Instru-

structor *Otonis III. & Roberti* (hic *Hugonis Capeti Gallia Regis, & alter Otonis II. Imperat. Filius fuit.*) *Bellarum:* inquit *Sylvester verè vir magnus, doctus & Pius.* in Pontificatu autem refert *Baronius, fuisse, malorum acerrimum Correctorem, & furium Ecclesiasticorum defensorem egregium.* Obiit anno 1003, die 12. Maij.

§ 2. *Romani Imper. Orient*

LXXXI. **A**LEXANDER II. Leonis frater pessimè gessit imperium, & obiit ex lusu pilæ an. 912.

LXXXII. **C**ONSTANTINUS VII Leonis filius, metuens tyrannorum aggressionem, collegam Imperii sibi adscivit Romanum *Patritium* an. 919. quem tamen expulit unà cum filiis an. 944. Veneno peremptus à Romano filio 960.

LXXXIII. **R**OMANUS infamis Parricidio, vitii exhaustus moritur A. 963.

LXXXIV. **N**ICEPHORUS PHOCAS a *Zimisio* peremptus an. 969.

LXXXV. **J**OANNES ZIMISILIS
five

sive *Zemisca* post multas victorias veneno tollitur A. C. 974.

LXXXVI. BASILIUS & CONSTANTINUS Filij *Romani*, sublatus repente *Basilus* bello egregius, reliquit Imperium soli *Constantino*, qui turpis flagitiis obiit A. C. 1028.

Imperatores Occidentis.

X. LAMBERTUS *Widonis* Filius, jam aliquot antè annis à *Formoso* Coronatus, ab Italiæ Principibus *Berengarij* partes deferentibus, agnoscitur, & acceptatur. Obiit A. C. 910.

XI. BERENGARIUS à *Ioanne X.* Coronatus, & à suis trucidatus A. C. 924. Imper. 14.

Ab aliquibus historicis *Conradus I.* in quo Francorum linea in Catalogo Imperatorum desinit, & *Henricus Auceps*, medij ponuntur inter *Ludovicum* & *Ottonem*, omisis *Lamberto* & *Berengario*, ob diffidia illorum temporum. Hic autem ordine servato secundum *Baronium* sequitur OTTO I.

SYMB: CONRADI fuit. *Fortuna cum blanditur fallit.* SYMB: HENRICI AUCEPIS *Piger ad pœnas, ad Præmia velox.*

XII.

XII. OTTO I. *Magnus* ob res præ-
clarè gestas, obiit Viennæ A. C. 973.
Imp. 38. Sepultus Magdeburgi SYMB:
aut mors, aut vita decora.

XIII. OTTO II. qui jam annos sex
unà cum Patre regnaverat, solus reg-
nare cœpit an: 973. apud Calabriam
occiso à Græcis exercitu, de navi exi-
liens natando auffugit. Baderbornen-
si Ecclesiæ crucem auream dono dedit
cum hac inscriptione *aurei Sexcentas,*
crux hac habet aurea libras. Romæ obiit
A. C. 983. ibique sepultus est. SYMB:
Pacem cum hominibus, cum vitis bellum.

XIV. OTTO III. dictus *Mira-*
bilia mundi, Laudatissimus Imperator
ab Archi-Episcopis Moguntino, & Ra-
venate, Rex coronatus an. 983. Impe-
rator autem insignitus à *Gregorio V.*
Pontif. an: 996. BARONIUS *in hunc an-*
num. per Chirothecas à fœmita vene-
no infectas, occisus A. C. 1002. cum
regnasset an: 18. SYMB: *Unita virtus va-*
let. Sub hoc ferunt à *Gregorio V. Pon-*
tif. Ottonis Consanguineo, Institutos
esse Imperii Electores, & ejus succes-
forem

forem *Henricum* per eos electum postquam 12. an: vacasset Imperium.

§. 3. Concilia.

R Omana sex an. 904. II. 971. III. 983. IV. 993. V. 996. VI. 999. Ravennense 904. Sueffionense quadruplex An. 909-920-924-929. Rhemenense 935. Fontis cooperti 940. Viridunense 947. Asturicense 947. Trevirense 948. Meldense 962. Constantinopolitanum 963. Anglicanum 970. Wintoniense 975. Carnense 979. Rhemenense 994.

§. 4. Schismata.

L Eonis Anti-Papæ contra *Joannem XII.* 963. & contra *Benedictum V* 964. *Joannes* Anti-Papa contra *Gregor. V* 996.

§. 5. Propagationes Fidei.

P Olonia cum *Mieslao* Principe conversa 965. * ejus Successor **BOLESLAUS** primus Poloniæ Rex à *Sylvestro II.* creatus, immunitatem ab Imp. Jurisdictione ab *Ottone III.* obtinuit. * *Moscovia* cum *Libero Duce.* * *Prussia* cum *Vildo-*

Vildomiro Duce. *Bohemia* cum Duce
Ziprino. *Norvvegi* iterum. *Dania*
 denuò cum *Heraldo* Rege. *Hungari*
 rursus per *S. Stephanum*, & hic per con-
 jugium cum Sorore. *S. Henrici*. *Ruffi*
 per *S. Bonifacium* iterum & plenius.

§. 6. *Persecutiones Fidei.*

SÆviunt in Christianos *Bohemi*. A.
 C. 949. *ibid.* *S. Venceslaus* Dux à
 fratre *Boleslao* pro Christo trucidatus.
Abbo vel *Albo* *Floriac*: Martyrium
 consummat. 990. *S. Bonifacius* patitur
 in *Russia* A. 997.

§. 7. *Sanctitate Clari.*

S Otto 942. *S. Mathildis* 973 *S. E-*
duardus Rex *insidiis* *noverca* cæsus
 978. *S. Udalricus* *August*: *Episc.* 973. *S.*
Gerardus 958. *S. Gilbertus* 962. *S. Bruno*
Col. Episc. *S. Dunst*: *Cant*: *Archiep.* A. 970.
S. Romualdus circa an: 967. *S. Majolus*
Ab. Clun: 993. *S. Volfgangus* *Ratisbon.*
Episc. 978. *S. Adalbert* *Prag. Ep.* 996.

§. 8. *Heretici.*

Novi Antropo. *Morphytæ* in *Italia*, *Secta Mani-*
chorum *Philippopoli* reviviscit,

H

§. 9.

§. 9. *Initia Religiosor. Ord.*

BERNO primùm, deinde S. Odo Cluniacensis Abbas Ordinem Cluniacensem propagant. 903. In Burgundiâ S. Romualdus Ordinem Camalduensium ab *Alexandro III.* Confirmatum, instituit.

§. 10. *Initia Regn. & Princ.*

IMperium Occidentis à *Carolinis* transit ad Germanos Principes 900. * Gallia quoque à stirpe *Carolinâ* ad *Hugonem Capetum*. * Angliæ regnum ex Heptarchiâ ad monarchiam redactum sub *Edoardo Rege*. * Initium Regni *Navarræ* per *Sanctium MAJOREM*. 912. * Regni *Aragonici* 915. * Burgundia Imperio adijcitur 941. * Initium Marchionatûs *Montis-Ferrati* 967. * Ducatûs *Saxonici* 970. * *Lotharingici* Principatus per *Lotharium* 981. * Imperij *Moscovitici* 990. * *Comitatus Sabaudia* in *BERALDO Saxone* 998.

§. 11. *Initiarituum Ecclesie.*

MUltatio nominis in eo, qui Pontifex

AB ANNO 900. AD 1000. 163

fex designaretur, primùm facta in *Ioanne XII.* qui antè dictus *Octavianus.**

Campanæ tunc primò benedictæ & certo nomine donatæ à *Ioanne XIII.*

* Sodalitium ad iuvandas animas defunctorum coaluit Romæ A. 984. * *Salve Regina* Antiphona composita à *S. Petro* Episc: Compostell: An. 959. *

Nummi imagine Christi Signati iussu *Zemisea* * *S. Odilo* Abbas Cluniacensis commemorationem fidelium animarum per omnia sua monasteria instituit, qui ritus per totam Ecclesiam Sedis Apostolicæ auctoritate propagatus est, cum jam longè ante *S. Odilonem*, id ipsum in multis locis factitatum esset, uti observat *Baronius*.

§. 12. *Nova reperta & Nates Urbium.*

Primordia Feudorum in Regno Franciæ sub *Carolo simplici* 900. * Item in Germania sub *Conrado* Imper: 938. * *Otto* Imperator suâ Industriâ primus auri & argenti venas in Saxonia reperit. *Sigeb.* An. 968. * à *Grego-*

rio V. in Synodo Romanâ consentiente *Ottone III.* instituuntur Imperij SEPTENVIRI ELECTORES * *Moguntinus Coloniensis, Trevirensis, ARCHIEPISCOPI: DUX Saxonie, COMES Palatinus, MARCHIO Brandenburgicus.* Et ut arbiter eorû, *Dux Bohemie* (nondum enim tunc dicebatur Rex.) ab eodem Pontifice decretum est, ut qui ab his Germanis proceribus electus esset, is Cæsar diceretur. Post Confirmationem autem ab Episcopo Romano & Coronationem vocaretur *Augustus*, itaq; non amplius per Successionem sanguinis, sed viâ electionis constituti sunt Imperat. Germanici. Ita *Genebrard.* in *GREGORIO An. 996.* * *Magdeburgum* rogante *Editha* Imperatrice conditur *A. 950.* * *Hala Saxonie A. 981.*

§ 13. *Strategi & Prælia.*

A *lmanfor* Saracenus Dux Strenuissimus. * *Hungari* se in totam fere *Galliam, Germaniam & Italiam* effundunt *An. 903.* *Sigeb.* * *Iidem* dejectos à se *Græcos & Bulgaros* faciunt tribu-

tributarios *Sigeb.* An. 906. * Bellum
ingens Gallorum cum Hungaris 910.
* Hungarorum ad 40. Millia Cæsa ab
Henrico I. Imperatore plurimis aliis
absorptis, & non paucis captivatis. 922
* *Alphonsus Magnus* sub Filio ducens
exercitū domat insigniter Saracenos.

§. 14. *Universit: & Scholæ.*

Scholæ Universales in Brabantia
constitutæ à *Ioanne Ducæ* A. 926.

§. 15. *Scriptores Sacri.*

M *Arcus Eremita. S. Moses Bar-*
cephia Episc. Stephanus Ednensis
Episc. Odo Monachus. Radulphus Fla-
viacensis. Fridegodus Diacon. Seelo Doro-
vernensis. S. Dunstanus Episc. Osuvaldus,
Odnus Episc.

§. 16. *Discip. Natur. Periti.*

M *ath. Albumaffar. Alfraganus. Phil. &*
Math: Brifferrus. Alpharabius. Med.
Anegradis. Hist. Luitprandus. Eduardus.
Suidas. Porphyrogenitus. Constantinus.

§. 17. *Res Memorabiles.*

T Orneamenta militaria & Eque-
H 3 stria

stria nobilium primùm apud Germanos excogitata ab *Henrico I.* & magnâ cum solennitate Magdeburgi habita A. 938. in quibus decernitur puniendâ esse magnatum scelera.


S. 18. Signa & Even. Trag.

Genuæ conspicitur fons Sanguine abundè fluens, A. 935. & eodè an: urbs capitur à Saracenis qui omnes cives perimunt. *Sigeb.* * Solvisus per aliquot dies Sanguinem effundere, ad quod signum secuti morbi, & plurimorum interitus *Palmer: An. 940.* * Tum Parisiis, tum aliis multis in locis multorum hominum varia membra igne corripuntur ac sensim consumuntur *Baron An: 945.* * Magna fames in Gallia *Palme: 946.* * In Italia inter tonitru & tempestatem lapis ingentis magnitudinis de cœlo decidit *Sigeb. An: 954.* * Gemini soles per Biduum in cœlo conspiciuntur * Mare inter Neapolim & Cumam dulce redditur An. 967. * inter pluviam visuntur in Galliâ tritici grana & pisciculi decedentes An. 990. * Acies igneæ in cœlo

AB ANNO 900. AD 1000. 167

confligentes An: 979.* Ignis è Rheno
ortus stragem magnam edit 991* hor-
renda ignis eruptio è Vesuvio 993.*

Hatto Moguntinus immisericors in
pauperes, ultore Deo à muribus dici-
tur corrosus in turri infra Bingam me-
dio in Rheno constructâ, unde turri
hodie dum nomen TURRIS MURIUM
Anno 970,



SÆCULUM XI.

AB ANNO 1000. ad 1100.

CXLV JOANNES XVI. Rom. elect.
Jan. 1003. Sedem tenuit tan-
tùm 5. mensibus, & ut *Funectus* Luthe-
ranus scribit: *Nihil egit Pontificiâ sede*
indignum.

CXLVI. JOANNES XVII. Rom:
(vel etiam XIX. ut alii numerant)
elect: An. 1003. auctoritate suâ & vir-
tutis exemplo Græcam inter & Ro-
manam Ecclesiam unionem induxit.
Obiit an. 1009. die 18. Junij.

Qui in serie Pontificum duos Antipapas